



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXCIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

## REGULA CXCI.

1 Sententia arbitri potest incontinenti quodcumque mutari, secundum Bal. in l. quia arbitr. ij. lect. nu. i. ff. de arbit. quod secus est in sententia diffinitiva, secundum eundem in l. ij. C. de sent. & pericu. recitand. quia lata sententia illico ius est quaesitum parti, & ideo mutari nullo modo potest. hoc uerum dummodo in mutatione sententiae nullum temporis spatium interueniat ex quo decerni possit ius parti esse quaesitum, & ita intelligitur dictum Bal. in d. l. quia arbitr. supra, & ita Petrus Duennas in regula 59. limit. 2. attestatur, si hoc illico & incontinenti per arbitrum corrigatur.

1 Amplia. ut non solum arbitri possunt mutare eorum sententiam interlocutoriam, sed etiam diffinitiuam, ante quam eam iurent, maxime quando partes dederunt arbitris libertatem & auctoritatem seruata iuris solemnitate, uel non. pro ut melius & conuenientius eis uidebitur & placuerit quae clausula operatur, ut omnes solemnitates iuris uidentur sibi esse remissae secundum consi. Capolae, nu. 30. in ciuilib. fol. 30. nu. 12. ubi plura in materia adducit, Corn. consi. 239. per totum uol. 3.

1 Amplia. quod sententia arbitri lata de nocte tenet secundum glo. in c. consuluit de offic. deleg. Blanch. q. 9. nu. 47. uers. contrarium tenet in suo tract. de comprom. ubi multa accumulata. & ponit 5. limit. quod not.

## REGULA CXCIII.

1 Subditi an possint alienare bona subiecta restitutioni per fideicom. Alex. & communiter doct. dicunt, quod in duobus casibus uendi & alienari nullo modo possunt, uidelicet pro debito ciuili, & pro delicto commisso, sed pro dote & pro redemptione ab hostibus bona restitutioni subiecta, & uendi, & alienari possunt. secundum Auct. res quae. C. communia delegat. & auct. contra qui rogatus. C. ad trebell. & ibi Bal. col. 2. uers. si autem quis  
P esset

254  
esset in carcere, & Ludo. de Roma. & Soci. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebellia. col. 5. uerfi. sed circa præmissa quærit hic d. Alex. tenetur in primis duobus casibus bona restitutioni subiecta alienari non posse, & dicunt hanc esse cõmunem opinionem, sed in casu dotis & pro redemptione ab hostibus bene possunt alienari secundum Guid. papa q. 57. & Iaf. in d. auct. res quæ. col. i. ante fin. uerba & ult. C. cõmunia deleg. dicens hanc pariter esse cõmunem opi. dominic. in c. sicut, in fine 12. q. 2. Bal. in cõsi. 186. quod importent ista uerba, uol. 2. & in auct. si captiui. C. de episcopis & cler. & in l. si quis ad declinandam. C. eo ticip. tex. in l. si quis pro redemptione. C. de donat. & Fulg. in d. auct. res quæ. C. communia deleg.

### REGULA CXCIIII.

1. Scholares qui non student nec intrant scholas non gaudent priuilegiis scholarium. Ita Bar. in l. qui sub præsentia. C. de collegiis. & cartophi. & l. i. C. de sac. sanct. ecci. & l. semper. §. fin. ff. de iur. immunit. Bal. in aucten. habita. C. ne fil. pro patre. n. 9. & in prohem. digestorum. col. penult. Feli. in prohem. Greg. nu. 43. Alex. & Iaf. in l. scrinianos. C. de testam. milit.
2. Fallit hæc regula si non est uagus & honeste uiuat. secundum Car. & Iaf. in l. i. nu. 50. ff. soluto matrim. & Ripa in c. i. de iudit. nu. 94. & Rebuff. in tract. de priuileg. scholarium. Fallit etiam in scholaribus laycis, primæ tonsuræ clericaliter uiuentes, quia etiam gaudent priuilegio clericali secundum Guid. papa q. 83. in princ. per tex. in l. i. C. de episcopis & cler. & c. ex parte de cler. coniug. ac etiam clerici coniugati nõ amittunt priuilegium clericale, dummodo deferant habitum & tonsuram & seruiant officio ecclesiæ; ut specialiter annotatur, per spec. in tit. de cler. coniu. circa princip. & Guid. papa q. 83. nu. 3. & uide Bal. in l. presbyteros. C. de episcopis & cler. nu. 7. & c. unico de cleric. coniug. & ibi arch. Io. And. & Ancha.
3. Fallit 3. in scholaribus prouectis, qui licet non intrant scholas.